

Sermo lol.

in domo. Et cōpleto sermone descendit cum discipulis suis de mōte et
 transiuit torrentē cedron. i. vnū flumiū q̄ fluebat ante porta ciuitatis q̄
 aliqñ habebat aquā aliqñ nō. vñ appellabat̄ torens. Et in ripa istius
 torrentis nascebant̄ cedri. et ideo appellabat̄ cedron. et transacto torren
 te iuit ad quandā villā q̄ appellabat̄ gethsemani que erat infra torren
 tem et montē oliueti et intrauit quendā ortū quē sepe cōsueuerat intra
 re ad osolandū et instruendū discipulos suos. **S**ed hic querit̄ quare
 xps voluit capi in orto in loco solitario et nō in ciuitate vel in domo in
 qua cenauerat. forte hospes domus aduocasset vicinos et fuisset ocita
 ta turbatio in qua forte plures vulnerati et interfecti fuissent qd̄ ipse no
 luit. qz nō venerat ad interfectionē sed ad mortis destructionē. Secun
 do qz sic potuisset credi q̄ in domo voluisset se abscondere q̄ passio sua
 nō esset voluntaria sed coacta et cōsequenter nec sibi nec nobis merito
 ria. Et ideo exiuit ad locū vbi libere posset inueniri et capi ad quē scie
 bat Judā venturū cum multitudine armatorū. Sciebat em̄ Judas locū
 illū eo q̄ dñs illic sepe cōueniebat post cenā cū discipulis. Et forte ca
 pi voluit in orto p̄pterea. qz adam et eua p̄petrauerūt peccatū in orto
 paradisi vt sic pena cōresponderet culpe. Et cum intrasset ortum dixit
 discipulis suis. **S**edete hic donec vadam illuc. i. aliquantulū lōge a vo
 bis et orate. Et vos orate etiā ne intretis in temptationē. i. ne vincat vos
 temptatio scz q̄ credatis me solū esse purū hominē q̄ permitto me capi
 et ligari et ad mortem duci. qz nisi essem deus latēs in carne nō possem
 p̄ mortem meam mundū redimere. Et statim assumpto petro et filijs ze
 bedei secessit in partē et dixit eis. **T**ristis est anima mea vsqz ad mortē
 Sed quare xps tribulabat̄ in quantū deus scz cū esset verus deus cū
 in deo nō cadat mutatio. Dicendū q̄ xps nō turbabat̄ in quantū de
 sed in quantū homo et potest dici q̄ xps turbabat̄ vsqz ad mortem vt
 sic sensus. vsqz ad mortem. i. donec moreret̄ sollicitabat̄. sciens q̄ se et su
 os post mortem p̄petuo liberaret et locutus est moze humano. hoc est
 dicere. **T**ristor valde donec p̄ mortem meā liberez fideles meos. Post
 qz aut̄ locutus sic est cum discipulis suis scz illis tribus secessit paululū
 ab eis quantū est iactus lapidis et flexis genibus. fecit talem orationē
 ad patrē. **A**bba pater. Si possibile est trāseat a me calix iste. videre xps
 sicut verus homo h̄m sensualitatē carnis nolebat mori si posset fieri cū
 iusticia. h̄m voluntatē rōnis volebat implere iusticiā p̄ris q̄ erigebat
 q̄ ipse moreretur p̄ salute hominū et pateret̄. et ideo voluntatē suā volun
 tati p̄ris subiecit dicens. veruntū non mea volūtas sed tua fiat sicut de

*Egyptia**Discipulis et p̄p̄tariis**Im̄ p̄p̄tariis et p̄p̄tariis**Oratio ad patrē orō*